

nim discreta & in plurimas fracta particulas, octo mensibus circumfluit infu-  
lam, & magis mollibus littori illiſa, ſua attritione ad petras horrendum editio-  
num, referentem miserabilem humanæ vocis gemitum & euilatum, quod ſi-  
dem facit apud inſipientiores, hominum animas ibi in frigore inormentari. Vtun-  
tur incolæ loco panni, qui apud eos non creſcit, piſcibus induratis & in farin-  
am contritis, adfertur tamen eis ex maritimis ciuitatibus frumentum, ſed  
non ad ſufficiantiam. Comperitur illic ſpiritus ſe exhibentes manifeſtos hu-  
manis miniſterijs: præſertim autem ſubmerſorum ſue alio violento caſu eneco-  
rum ſpectra ſeſe offerunt congregiſibus notorum, hominum, tam manifeſtè vt tan-  
quam viuentes accipiuntur ab ignaris mortis illorum dextra, nec de-  
prehenditur error priuſquam ſpectrum diſparet. requirit à no-  
tis & amicis, vt demum redeant, dicunt magno  
gemitu, ſe petere montem Heclam,  
aque ilico euaneſcunt.



## ISLANDIA.



Niſula Iſlandiæ quæ per immenſum à cæteris ſecreta, longè ſita eſt in Oce-  
ano, vixque à nauigantibus agnoſcitur. In ea æſtius Solſtitio ſole ſig-  
num Cancræ tranſeunte nox nulla: brumali ſolſtitio perinde nullus dies.  
Nomen habet à glacie, quæ illi ad Boream perpetuò adhæret. Namque  
ibi iam incipit mare congelatum. Tam grandis inſula vt populos multos conti-  
neat, ſolo pecorum paſtu & nunc capturâ piſcium viuſcantes. Specus habitant ple-  
runque, aut ad montium latera in excauatis manuſcullis. Comuni, teſto, vi-  
ſu & ſtrata gaudent cum Lumentis. In ſimplicitate ſua vitam agunt, cum ni-  
hil amplius quezant, quam quæ natura concedit. Nam & montes habent pro op-  
pidis, & fontes pro delicijs. Beata gentis paupertati nemo inuidet, & inde beator  
quod Chriſtianiſimum accepit. Sed mercatores Anglici & Dani queſcunt gen-  
tem & ſuo eſſe contentam non ſunt. Nam ob piſcuram euehendam, terram  
illam frequentantes, cum mercibus omnigenis vicia quoque noſtra inuexerunt.  
Nunc enim & fruges aquæ miſcere in potum didicerunt, & ſimplicis vndæ oſe-  
runt hauſtum. Nunc aurum & argentum cum noſtris admirantur. Rex Da-  
niæ qui & Norvvegiæ, quotannis præſectum immitit genti. Omnia ſerè inter  
eos committia ſunt præter vxores. Catulos ſuos atque pueros æquo habent in præ-  
cio, niſi quod à pauperioribus facilius impetres filium quàm catulum. Episcopum  
ſuum colunt pro Rege, ad cuius nutum reſpicit omnis populus. quicquid ex le-  
ge, ex ſcripturis & ex conſuetudine aliarum gentium conſtituit; quàm obſer-  
uant. Iam tamen præſectum accipere coguntur à rege. Piſcium tanta eſt copia in  
hac inſula, vt ad altitudinem domorum ſub aperto Cælo vendendi exponantur.  
Nihil illic viſitant plerunque piſcibus, propter magnam penuriam frumenti,  
quod aliunde à maritimis ciuitatibus inferitur, & qui inde magno cum lucro piſ-  
ces reportant. Habent Iſlandi pro inſignijs coronatum piſcem. Sunt qui hanc  
inſulam planè affirmant eſſe Thülen (ab alijs etiam Thüle ſcribitur) à veteri-  
bus multum celebratam. Vergilius quoque initio lib. Georgic. Oſtium  
Aug. his verbis alloquens Thales inſulæ meminit: An deus inmentis venias ma-  
ris, & tuâ nauæ Numina ſola colant, tibi ſeruiat vltima Thule. Incolæ res me-  
ris, & in ſulpunt morabiles maiorum ſuorum, ſuicque temporis celebrant cantibus, & in ſulpunt  
ſcopulis atque promontorijs, vt nulla niſi cum naturæ iniuria intercidant apud  
poſteritatem. Inſula multa ſua parte eſt montoſa & inculca, qua autem parte eſt  
plana, præſtat pluriſimum pabulo tam lato, vt pecus depellatur à paſcuſ, ne ab arui-  
na ſuffocetur. Sunt in hac inſula montes elati in celum, quorum vertices per-  
petua niuè candent, radices ſempiterno aſtuant igne. primus qui Occidentem  
verſus eſt, vocatur Hecla, altera Crucis, tertius Helga, id eſt, ſanctus. Ab He-  
cla non longè abſunt fodinæ ſulſuris, penè vnicum incolarum mercimoni-  
um & veſtigial eſt. Mercatores enim eo naues onuſtas euehunt. Mons ipſe  
cùm ſurit, vt horribilla tonitrua inſonat, proijcit ingentia ſaxa, ſulſur euomit ci-  
neribus egeſtis terram tam longè circum circa aperit, vt ad viciniſſimum lapi-  
dem coli non poſſit. Qui naturam tanti incendij contemplari cupiunt, & ob id  
ad montem propius accedunt, eos vna aliquando vorago viuos abſorbet. Nam  
& multæ ſunt, & cineribus ita teſtæ, vt ab ipſis ſibi fatis cauere nemo poſſit. at-  
que etiam propè exit ignis qui conſumit aquam ſtuppam autem non combu-  
ſit. Is locus à quibusdam putatur eſſe carcer Sordidarum animarum. glacies e-